Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

crucifixerunt. Appellantur fili chore illis cantatur iste psalmus; In
tellectum traq: extendimus & si nobis cantatur intellegamus; Quid in
tellectur isumus? In quem intellectum psalmus iste cantatur? Audeo dicere
inuisibilis aerius ac creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta conspi
ciuntur; Ita fratres audiatis me cum capite desiderium meum hoc
mecum communicate simul amemus simul in hac sitiamus simul
simul ad fontem intellegentiae curramus; Desideremus ergo uelut ceruus
fontem. Excepto illo fonte quem propter remissionem peccatorum desi
derant baptizandi; Desideremus illum fontem de quo scriptura alia
dicit; Quoniam apud te est fons uitae. Ipse enim fons & lumen est. Quoniam
in lumine tuo uidebimus lumen; Si & fons est & lumen. Et merito intellec
tus est. quia & sitiat anima auida sciendi. & omnis qui intellegit quadam
luce non corporali non carnali non exteriore. sed interiore inluminatur;
Et ergo ff quaedam lux intus quam non habent qui non intellegunt. Unde iam eos
qui desiderant hunc fontem uitae & inde aliquid carpunt. Ab loquitur
apostolus obsecrans & dicit. Ut non iam ambuletis sicut gentes ambulant
in uanitate mentis suae; Obscurati in intellegentia alienati a uita dei pigno
rantia quae est in illis; Ergo illi obscurati sunt intellegentia id est. quia
non intellegunt obscurentur. Ergo qui intellegunt inluminantur. Curre
ad fontes desidera aquarum fontes. Apud dominum est fons uitae. inexhaustibilis
fons illius luminis. in obscurabile lumen; Hoc desidera quendam fontem
quoddam lumen quale non norunt oculi cui lumine uidendo oculus
interior praeparatur. Cui fonti auriendo sitis interior indescit;
Curre ad fontem desidera fontem. sed noli utcumque noli qualecumque animal
currere. Utcerui curre. quid est utceruus non sit tarditas in currendo;
Ingredere desidera. Inuenimus enim insigne uelocitatis in ceruo serpentes
nerat. & post serpentum interemptionem maiore sitiuit ardescit;
Deremptis serpentibus ad fontem aceruus currit; serpentes uitia sunt.
Consume serpentes iniquitatis. tunc amplius desidera fontem uertitatis.
Quartia foste in tenebrosum aliquid sibilat. aduersus uerbum dei sibilat.
aduersus & quia ti dicitur. contemne praeceptum dei. aliquid ne facias iniqui
tatem. amabis facere iniquitatem. quam aliquod commodum temporale
contemnere et mordere. Eligis serpente quam per imere serpentem; Cum ergo
adhuc faueas uitio tuo. cupiditatibus tuis. quartia tua. serpentium tuo.
quando inte inuenio tale desiderium. quo curras ad fontes aquarum;